Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

vitiorum fortum habet. Sic Amalech cõ
tra dei populum. Absalon contra David
Abimalech contra viros Sichen. Roba
on contra suam gentem pugnauit. Sic ⁊
christi discipuli celebrata cena nũciata q̃
morte saluatoris. quis eorum foret ma
ior contendere ceperunt. ad quos domi
nus Jesus increpãdos dixit. Reges gẽ
tium dominantur eorum. ⁊ qui potestatẽ
habent inter eos benefici vocãtur. Vos
autem non sic. sed qui maior est in vobis
fiat sicut iunior. Et qui precessor est sicut
ministrator. Nam quis maior est. qui re
cumbit. an qui ministrat. Nonne qui re
cumbit. Ego autem in medio vestrũ sum
sicut qui ministrat. Vos autem estis qui
permansistis mecum in temptationibus
meis. ⁊ ego dispono vobis. sicut disposu
it mihi pater meus regnũ. vt edatis ⁊ bi
batis super mensam meã in regno meo.
⁊ sedeatis super thronos duodecim iudi
cantes. duodecim tribus israel. Tertia
causa est inuidia. q̃ sic homines irritan
tur ad lites ⁊ odium. vt per eam Chaym
interfecerit Abel. Saul persecutus fue
rit David. Joseph a fratribus venunda
tus. Christus a iudeis crucifixus extite
rit. perinde parens noster in sermone de
inuidia ita dicit. Inuidia enim oẽs vir
tutes ꝛcremat. omnia bona dissipat. om
nia mala generat. Ipsa inuidia ẽ illa pes
sima tinea. que purpuramenta virtutum
demolitur. Erugo que thesaurum sapiẽ
tie depredatur. brucus qui terrarũ viren
tia comburit. q̃ quicquid boni operis vi
rescit in homine pleno pestis inuidia per
dit. hec est que angelum de celo proiecit.
que hominẽ de paradiso relegauit. que
filios israel in deserto percussit. que con
tra Joseph fratres armauit. que Danie
lem in lacum leonum cõduxit. que caput
nostrum cruci affixit. que iudam suspen
di fecit. Scito te inquit fratres ⁊ dicite at
q̃ predicate super tecta. q̃ inuidia est il
la vera pessima que fidem tollit. concor
diam dissipat. ⁊ omnia mala generat. hec
est que Abel occidit. Adam de paradiso
eiecit. mortem in orbem terrarum intro
duxit. pastorem suspendit. Petrum iugu
lauit dum christũ negauit. Paulum de
collauit ⁊ Johannem. Stephanum la
pidauit. Goliam prostrauit. David de
cepit. muros israel euertit. Romam est de
populata. Carthaginem destruxit. Tro
iam deuastauit. ⁊ innumera mala p hanc
feram pessimam in orbe terrarũ factas es
se legimus. Sepissime autem ad lites.
discordias q̃ homines libidinis concitat
turpitudo. nam ⁊ Sampson a philisteis
discessit ob eius vxorem alteri traditam.
Quia Aman violauit Thamar inter ger
manos orta est discordia. propter abusus
fedissimum vxoris leuite inumera euene
runt mala. Multa ꝓpter dudine oppres
sionem secuta sunt homicidia. sodomite
domum Loth. vt fedarent angelos. qui
ibidem in humana specie hospitabantur
circũdederunt vallo. Troiane vrbis exci
dij cardo Helene raptus fuit. Si huius
feditatis lites. guerras. mutilationes. ho
micidia. deuastationes. incẽdia. persecu
tiones. tormenta. exilia. obprobria. viola
tiones. abominationes. ⁊ alia innumera
mala enarrare vellemus. nec tempus ad
dicendum. neq̃ charta quidem sufficeret
ad scribendum. perinde responsione q̃n
ta ꝓponesticon Augustinus dicit. calore
libidinis succensus ⁊ illectus nõnũq̃ pa
ter inclinat filiam. ⁊ operatur incestum.
filius etiam patris thorum maculat. cum
matre vel nouerca aliquando miscet. In
sororem frater turpitudine ductus incur
rit. Cognatam non erubescit opprimere.
virgo licentiam non sustinet nuptiarum.
stuprum tempore cõcupiscit illicite. Ma
rit⁹ minime contentus licitis vxoris am
plexibus vetitos cõtaminat alienos. Si
militer ⁊ vxor inmemor proprii mariti cu
bile. adulterino amore vxoris thoꝛ alie
ne. ⁊ masculi relicto naturali vsu femme
exardescunt in desiderijs suis inuicẽ. mas
culi in masculos turpitudinem operãtes
horret etiam plus his. que dicimus dice
re. q̃ homo immemor nature sue rationa
lis. irrationabili nature ⁊ aliene. a sua cũ
pecude coire compellitur. Quid de ruĩ
na aliquantorum seruorum dei. ⁊ sacraꝝ
virginum dicam. que hac tẽpestate nau
fragia patiantur. quidue de diuersis im
munditijs eorum. in quibus auctorẽ ipsi
sibi dyabolum displicere debemus. Ecce
quo calor libidinis. in quas ignominiaꝝ
sordes humanas ire illicite precipitat mẽ
tes. Et q̃d litis genus acrius. que dissen